



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

642. An amittatur pensio ob non delatum habitum clericalem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

catio, sed solum extinctio, redeunte Ecclesia ad pristinam libertatem; secus ac contingit in beneficiis, in quibus perdurantibus in suo esse datur vera vacatio, dum non implicat, Ecclesiam, vel Capellam ad tempus aliquod viduatam sub nullius dominio, sed quasi in incerto stare.

2. Notandum, responsum procedere non de banno, vel etiam sententia contumaciali simpliciter, sed de banno per annum contumaciam confirmato, & de sententia contumaciali, quam subsecuta non est intra annum purgatio contumacia; siquidem hoc anno elapso, sicut tum prius irtractabiliter resulter vacatio beneficiorum, ita & extinctio pensionis. Dum econtra labente adhuc eo anno a banno, & sententia contumaciali, durat adhuc spes, & potentia resolutionis ejusdem sententia, nempe resistentis a purgatione per comparationem infra annum, & sic ex solo banno contumaciali non dicitur resultere vera mors civilis, vel inductio maxima servitutis pena; sed solum induci videretur suspensio seu amissio conditionalis, ac revocabilis, quatenus scilicet contumacia non purgetur. Ac proinde, secuta ipsa purgatione, sit retrotractio ad suum initium quodam jure postliminii, & per excitationem potius a somno, quam a morte, seu per remotionem obstaculi, card. de Luc. l. c. n. 11.

3. Sed neque pensionario delinquenti suffragatur restitutio adversus bannum contumaciale, post annum obtenta; hac enim restitutio, cum non sit per viam justitiae, declarando innocentem, sed per viam gratiae, postquam Ecclesia jam perfecte redierat ad libertatem, operari non potest pensionis redintegrationem, & rursus excitationem servitutis Ecclesiae, nisi facta speciali mentione confiter, quod Papa explicitè vel implicitè redintegrationem concedere voluerit, tanquam per speciem novae reservationis. Card. de Luc. n. 12.

Quaestio 642. An amittatur pensio ob non delatum habitum Clericalem?

R. Espondeo affirmativè: Statuit enim Sixtus V. per Bullam incipientem; *Pastoralis sub dato prid. Kal. Feb. 1588.* quae est in Bullario Conflit. 92, ut, si habeas pensionem excedentè 60. ducatos de Camera, non deferat habitum, & tonsuram Clericalem, continuo sine ulla monitione, citatione, Judicis decreto aut ministerio eam ipso facto amittat. Lott. l. 1. q. 42. n. 52. Ventrigl. to. 2. annot. 11. §. 3. n. 28. Card. de Luc. de pens. d. 48. nu. 7. Ut tamen hac privatio locum habeat, requiritur Primò, quòd pensionarius tanto tempore non incesserit in habitu Clericali, ut omnium opinione reputetur laicus. Ventrigl. loc. cit. citans Ricciull. de person. extra Eccl. grem. exist. l. 7. c. 6. nu. 17. Barb. juris Eccl. l. 3. c. 11. nu. 49. in fine, juxta dicta alia à nobis de amissione beneficii ob eandem causam. Secundò ut pensionarius incedens in habitu Laicali pensionem actu exigat, vel per eum stet, quò minus exigat. Lott. loc. cit. n. 53. Ventrigl. loc. cit. juxta tenorem citatae Bullae. Sic etiam dictam privationem pensionis ob delatum habitum non procedere, dum pensionarius id faceret ob paupertatem, infirmitatem, verisimile periculum, vel si domi se contineret, ait Ventrigl. loc. cit. n. 29. citans Barbof. juris Eccl. l. 1. c. 4. n. 33. Dictam etiam Bullam Sixti V. in Gallia non esse receptam, & extra Galliam difficile fore ex hoc capite impetrationem, ait Tond. qq. benef. p. 3. c. 174. nu. 20.

P. Laurent. Fori Benef. Tom. III.

Quaestio 643. An extinguatur pensio propter obtentum officium saeculare, vel etiam propter feudum obtentum à principe laico?

1. R. Espondeo ad primum: Non convenire in hoc AA. Nam primò officium saeculare merè incompatible cum Clericatu, nimirum quo quis occupatur in criminalibus, quale v. g. est tabellio; natus Judicis criminalis. (cum id prohibitum sit Clericis, potissimum etiam ob juramentum, quod principi saeculari, à quo tale officium suscipitur, praestandum) causare amissionem pensionis Ecclesiasticae, non secus, ac militiam: non verò officium saeculare, nullum admixtum habens exercitium jurisdictionis criminalis, quale v. g. esset Notarius circa acta voluntariae jurisdictionis, in confectioe scilicet Instrumentorum, vel etiam circa acta jurisdictionis contentiose in causis civilibus, tenent apud Card. de Luc. de pens. d. 47. n. 4. §. 6. cum Jo. Aud. Rota in Pistoriens. pens. 23. Jun. 1670. Zaborel. in c. sicut. ne Clerici vel Monach. saecular. negot. se immisc. n. 2. aliisque adducti per Fagn. in cit. c. sicut. n. 12. & seq. item per Covar. qq. pract. c. 19. n. 8. & Farinac. in fragm. v. Clericus. n. 212. & seq.

2. Secundò ceteris ipse Card. de Luc. loc. cit. n. 3. dato, praemissam doctrinam esse veram, non tamen tenere, dum pensionarius ex titulo venditionis, vel alio assequeretur tale officium, potius in dominio ac habitu, pro emolumentis aliisque praeminentiis, quam pro actuali exercitio, quod per substitutos vel conductores geri solet, dum etiam viri vobiles, & magnates, Cardinales ad exercitium tale inepti, vel etiam, quibus tale exercitium indignum, talia officia per substitutos exercenda acquirunt pro solo emolumento, aliisque juribus, uti ait in ipsa Urbe Archiconfraternitatem Caritatis possidere officium criminale Gubernatoris, in quo omnes causae criminales tractentur, non tamen adversum qualitatè loci pii, & Ecclesiastici; cum exercitium illius sit penes Substitutos, Ceteris item idem Cardinalis. n. 11. dictam distinctionem inter officia saecularia habentia, & non habentia admixtum exercitium jurisdictionis criminalis nihil ad rem facere; cum id totum concernat incursum irregularitatis; irregularitatem autem supervenientem non causare amissionem beneficii aut pensionis, & in praesenti consideranda solum sit omnimoda incompatibilitas, ex qua resulter implicita dimissio Clericatus, ut dicitur paulò post de militia. Quinimò, ut idem Cardinalis. nu. 12. etiam si non solum accederet lex principis laici, inhabilitans Clericos, tam ad obtinenda, quam ad exercenda officia similia saecularia (quippe à qua induci nequit ista omnimoda incompatibilitas cum statu Clericali) sed ipsa prohibitio sacrorum Canonum super saecularium officiorum susceptione, & exercitio, adhuc tamen inde non resulteret vacatio beneficii, aut pensionis amissio ipso jure, sed juxta magis communem, & receptum citati Canonis Sicut, intellectum, ut plene Fagn. ibid. potest ab Ecclesiastico Superiore prohiberi dictorum officiorum susceptio, & exercitium, etiam sub pena privationis beneficii (idem est de privatione seu extinctione pensionis) & interim durante hoc illicito exercitio, quassum tanquam illicitè quassum praetendi, ut cadat sub spolio, Neque denique, ut idem Cardinalis nu. 17. obstat praestatio juramenti, facta principi saeculari, cum illud restrictum sit ad concernentia administrationem illius officii, quod à